[In no]mine Sancte et individue Trinitatis

[illegible] patris et filii et spiritus sancti amen [illegible]

[illegible] celum et terram que sunt [illegible] in quibus

[illegible] temporibus [illegible]

[illegible]

N

3

lv

[illegible] com et hominum [illegible] capitulis infrascriptis [illegible]
[illegible] infrascripto modo et serie [illegible] ordinavi

Quando incipiant vigere presentia statuta et que statuta serventur

[S]tatuimus quidem ac sollemniter ordinamus quod omnia singula
[illegible] capitula et in eis contenta [illegible] et [illegible] in [illegible]
[illegible] a die confirmationis [illegible] per Magnificos
[illegible] priores [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] legibus et statuto
[illegible] et ab omnibus debeant [illegible] observari
[illegible] valeant et durare [illegible] quecumque fuerint [illegible]
[illegible] [illegible] ac sollemniter ordinamus [illegible] quia [illegible]
[illegible] volumine [illegible] contra [illegible]
[illegible] [illegible] intelligantur et sint nulla [illegible]
[illegible] modo [illegible] debeant sed sint omnino [illegible]
[illegible] [illegible] et pro talibus habeantur et [illegible]
[illegible] [illegible] serventur [illegible] vero in [illegible]

Antiquissime consuetudini ac decentiori ordini [illegible] statuimus et ordinamus quod potestas dicti castri [illegible] ad exercendum potestatis officium in dicto castro sit [illegible] in generali [illegible] dicte Civitatis [illegible] [illegible] per patentes litteras [illegible] [illegible] communitas debeat constare communi dicti castri [illegible] deputatus ad dictum potestarie officium exercendum [illegible] admittatur et si quis in tali officio admissus [illegible] presentis Statuti nullum [illegible] esse decernimus et nullius roboris efficacie vel momenti

De iuramento domini potestatis eiusque officiales et [illegible] 3

Dominus Potestas Castri Ciselli [illegible] suum officium [illegible] iuret et iurare teneatur ad sancta dei Evangelia [illegible] notarii dicti communis vel vicarii scripturis corporaliter [illegible] suum predictum officium facere gerere et exercere bene et legaliter [illegible] bona fide et omni fraude cessante remotis [illegible] amore [illegible] precio et quavis humana gratia Ac etiam commune [illegible] Castri territorium et districtum homines instrumenta privilegia iura iurisditiones eiusdem in bono et pacifico statu sub [illegible] ac Magnifice Communitatis communis Spoleti manutenere custodire salvare [illegible] defendere et augere ac pro viribus utilia dicti communis [illegible] inutilia praetermittere Iuret etiam et iurare [illegible] durante [illegible] cio Ius et Iustitiam omnibus petentibus equa lance ministrare et precipue Ecclesiasticis et religiosis personis viduis orphanis et aliis [illegible] bilibus personis eius officium implorantibus favorabiliter [illegible] Statuta et Reformationes dicti Castri facta et fienda [illegible] vare et observari facere Credentias sibi impositas [illegible] pro dicto commune utiliter consulere Iuretque et iurare [illegible] tempore sui officii non permittere quod aliquis dominus [illegible] vel alia quevis persona in dicto castro dominium iurisditionem [illegible]

mus

habeat uel consequatur nisi S. R. E. et eiusdem summus Pontifex Max
et rector p(er) Sanctam sedem Apostolicam deputatus ac Mag(nifi)ca et prestantissima C(omuni)tas
Spoleti (quam Sanctam sedem summum pontificem ac Mag(nifi)cam com(unita)tem Spoleti
Deus optimus maximus feliciter augeat et conseruet) conuentionibus
capitulis ac pactis inter dictam Mag(nifi)cam com(unita)tem Spoleti, et Comune dicti
Castri initis semper saluis. Iuret etiam et Iuramento teneatur et uincu
lo prestiti iuramenti omnes penas malefitiorum, dannorum datorum et
extraordinariorum que durante eius officio exigi contigerit peruenire
facere ad manus generalis Camerarii dicti Castri et ab eo recipere
portionem dicto potestati obuenientem et non p(er) alias manus nec faciet
aliquam compositionem cum aliqua persona de aliqua pena sine presentia
Vicarii et consiliariorum dicti Castri nec aliquid faciet contra formam
dicti comunis et formam statutorum eiusdem. Liceat Tamen dicto potestati
una cum Vicario et Massariis dicti Castri Componere et Taxare
omnes penas Malefitiorum dannorum datorum et extraordinariorum
Tempore sui officii et iux(ta) determinationem presentium statutorum
occursas et que occurrere contigerit. Et compositio seu Taxatio
aliter facta non ualeat ullo iure. De quibus penis dictus d(omi)nus potestas
habeat Tertiam partem alia Tertia pars sit dicti comunis et
Alia Tertia pars sit notarii seu officialis dicti comunis pro Tempore
existentis. Et Ita applicentur et applicari Intelligantur omnes pene
Malefitiorum dannorum datorum et extraordinariorum. Possit autem
dictus d(omi)nus potestas in sui officii administratione Imponere penam ciuili
bus et criminalibus Causis et aliis occurrentibus dicti officii penam
usque ad summam uiginti solidorum pro quolibet precepto semel tantum
facto. Et dictum preceptum non possit in eodem die et eodem negotio
iterari sed tamen unum preceptum in quolibet die facere possit et penas
contrauenientibus accipere sine aliqua diminutione uel gratia.
Tempore uero Rumoris uel rixe possit Imponere penam usque ad summam
decem librarum pro sedanda rixa exorta uel que exoriri posset

De electione Vicarii et aliorum officialium [illegible]

In Generali Arenga comunis dicti Castri unius hominis [illegible]
vel maioris partis ad fabas nigras et albas eligantur [illegible]
de dicto comuni modo solito et fuerunt debeant [illegible] qui [illegible]
sic electi teneantur facere bussulam officialium pro [illegible]
dicti comunis pro tempore quo eis videbitur et placebit [illegible]
ant breves et in quolibet brevi unum vicarium [illegible]
rarium duos consiliarios duos baiulos et dicti breves [illegible]
mittantur in bussula et de mense aprilis extrahatur unum bre-
ve pro sex mensibus proxime futuris incipiendis in kalendis me-
sis maii et ut sequitur finiendis et similiter de mense octo-
bris extrahatur aliud breve pro aliis sex mensibus [illegible]
dicta bussula suprascriptus modus servetur pro alio bussulo fiendo.

De Iuramento Vicarii et Consiliariorum et eorum [illegible]
atque Arbitrio

Vicarius et consiliarii sic ut premittitur electi [illegible] eorum
officium exercere incipiant habeant confirmationem [illegible]
comunis Prioribus populi civitatis Spoleti et iurent [illegible]
Evangelia scripturis corporaliter manibus tactis ad delationem
notarii comunis sive Vicarii sui in officio predecessoris eorum offi-
facere gerere et ministrare bene et legaliter [illegible]
fraude cessante et remotis ab eis amore timore [illegible]
omni humana gratia et comune dicti Castri [illegible]
et districtum personas et homines eiusdem [illegible]
rationes privilegia dicti castri in bono et pacifico [illegible]
manutenere servare et augere et in diminuendo [illegible]
Nec non iurent et iurare teneantur [illegible]
ius et iustitiam omnibus petentibus [illegible]
debilibus [illegible] et vidouis [illegible] personis orphanis [illegible]
aliis miserabilibus personis [illegible]

facta et facienda integraliter observare et observari facere Condem-
nias eis impositas et imponendas debito tempore exigere v3.
temporales ad tempus et perpetuas imperpetuum: et nemini in pre-
iudicium dicti comunis ocultare semperque pro dicto coe utiliter
consulere: Iurare etiam et iurando promittant durante eorum
officio non permittere quod aliquis dominus, Comes vel baro seu
alia quevis persona cuiuscumque gradus seu Conditionis existat in
dicto castro habeat dominium seu baliam nisi solum S. R. E.
et Mag^m coe spolet. Conventionibus, pactis et capitulis inter dicta
comunia factis et vigentibus semper salvis / Et Iurent ac obser-
vare promittant non facere aliquam compositionem Maleficiorum
ante latam sententiam et non permittere quod alicui persone delinquenti
et remittatur aliqua condemnatio in totum vel in partem: Et non
petere nec pere facere ultra salarium eis deputatum ex forma
presentium Statutorum: Et non permittere ut aliquid donetur seu
largiatur alicui persone de bonis dicti cois in preiudicium ipsius
Possit etiam dictus Vicarius in administratione sui officii causa
cognita et legitima precedente imponere penam in causis civilibus
vel quasi usque ad summam decem solidorum et penam ab in-
obedientibus de facto exigere dummodo quod super eodem negocio non
possit eidem persone fieri nisi unum preceptum in die. In casu
autem Rumoris et brighe possit imponere penam usque ad
summam decem librarum et penam a contravenientibus exigere
Possint etiam pro utilitate et comodo dicti comunis ordinare et
fieri facere opera necessaria pro dicto coe et mittere oratores
prout negociorum requiret qualitas et eis videbitur melius ex-
pedire: prestantiam seu collectam ordinare et de facto exigere
Congregare ubi, quando et quotiens eis videbitur Arengas Concilii
et Adunantias: et omnia alia facere que ex forma presentium
Statutorum permittuntur: Et quicquid per eos factum, ordinatum
et reformatum fuerit valeat et teneat pleno iure Debeant
etiam congruis temporibus eligere Notarium, officialem
[illegible], Rationatores, custodes secretos et alios officiales

dicti communis pena decem librarum pro quolibet contrafaciente et pena periuri Juramenti. Debeant etiam ita agere et curare quod omnes pecunie proventus et alia bona dicti communis perveniant in manibus generalis Camerarii prefati cois itaque in aliquo non defraudetur dicta coitas pena prefata inter et

Teneantur etiam dicti vicarius et consiliarii in adventu Domini Potestatis de bonis dicti cois expendere usque ad summam inferius declarandam pro expensis dicti potestatis et socii et de pecuniis dicti cois plus expendere non possint ultra dictam quantitatem. Et si quid ultra expenderint teneantur et debeant de eorum proprio restituere camerario dicti communis pena quinque solidorum pro quolibet die quo steterint in mora non restituendo dictas pecunias postquam computum eis factum fuerit. Debeant etiam exigere omnes collectas tempore eorum officii impositas vel saltim contra malesolventes pignora facere vel tenutas capere pro dictis collectis non solutis. Sin autem in fine eorum officii de ere proprio solvere teneantur omnes collectas per eos non exactas vel de quibus pignora non fecerint vel tenutas ceperint cum negligentes fuerint in exigendis dictis collectis. Debeant etiam solvere seu in libro stantiamentorum scribi facere omnia et singula debita dicti communis tempore eorum officii occursa. Et quindecim dies ante finem eorum officii banditi faciant per loca solita et consueta quod omnes creditores dicti cois compareant ad assignandum eorum credita solvenda vel scribenda in libro predicto stantiamentorum et qui in dicto tempore non comparuerint non audiantur ulterius et eorum credita penitus nulla censeantur. Et vicarius et consiliarii qui in predictis contrafecerint condemnentur pro dampnum dicto communi in penam unius floreni [illegible]

Possit etiam dictus vicarius in executione dicti sui officii imponere [illegible] usque ad summam quindecim bolen. in quibus condemnentur [illegible] inobedientes mandatis dicti domini vicarii reservata semper [illegible] excusatione et impedimento illius cui mandatum fuerit.

(potestas) Debeat siquidem dictus vicarius et consiliarii in adventu domini potestatis [illegible] condecenter eis preparare unum prandium seu cenam [illegible] vel bolen. viginti pro suis sumptibus [illegible] hoc in posterum [illegible] nihil solvat pena superius declarata.

De electione notarii cois et eius officio ca

Vicarius et Consiliarii predicti vinculo iuris teneantur et debeant in
principio eorum officii unum expertum et idoneum notarium qui
scribat acta civilia et criminalia aliasque scripturas ad dictum
officium spectantes ac etiam arengas reformationes dicti cois
et de eis conficiat librum bene actatum et ligatum et in publica
forma et cartulatum in litteris abaci signatum et illum in fine
sui officii relaxare debeat in manibus vicarii dicti cois sub pena
perditionis sui salarii, Debeat etiam dictus not facere et scribere oes
scripturas pro dicto coi et illas si opus fuerit in publicam formam
dare dicto coi seu viceconsulis absque aliqua solutione vel premio
habeat autem dictus not pro eius salario Carlenos decem singulis
sex mensibus sibi per camerarium dicti cois solvendos et habeat a Cam
dicti cois bolognini viginti pro carta, ... pro confirmatione ...
... dicti not ... forensis et ... cois ...
Castro ... electus fuerit ... generalem ... dicti Cast

De electione officialis damnorum datorum ca

\+ Officialis damnorum datorum qui pro tempore electus fuerit
per dictum coe debeat singulis diebus inquirere contra damnum
dantes personaliter vel cum bestiis in fructibus frumentis leguminibus
arboribus hortis et possessionibus hominum dicti castri et inventiones
in libro describere et penas a damnum dantibus exigere vel saltim
cois pignora facere infra terminum octo dierum post dictum damnum
datum pro eo dicta inventio sit nulla. Debeat etiam extimare omnia
et singula damna data ad petitionem damnum passi sub pena viginti
solidorum pro qualibet vice qua contrafecerit ad quam extimationem
possit si sibi videbitur, eligere socium qui a dicto officiale
rogatus debeat cum eo accedere ad locum ubi dictum damnum datum
fuerit et illud extimare sub dicta pena, habeat autem ex
penis per eum exigendis vel exigi faciendis illam ratam que sibi
per dictum coe promissa fuerit et plus petere nec habere non possit
aliquo presenti statuto aliter disponente non obstante, Volumus
... dictum officium sit forensis et non de dicto castro nisi ellum
... generalem ... et si aliter eligeretur
... ipso iure.

De electione Camerarij comunis et eius officio Ca. 5

Camerarius comunis prefati debeat omnem quantitatem pecuniarum pignora et Tenutas ad dictum comune spectantia et pertinentia recipere et apud se retinere et in libro sui introitus describi facere manu notarij dicti comunis: et similiter describi facere exitum ipsius omnium pecuniarum et pignorum ad eius manus perventarum seu perventorum cum expressione cause et persone cui dicte pecunie dari et numerari fuerint: sed dictas pecunias vel aliquid de bonis et ere dicti comunis nullatenus solvere vel expendere possit sine licentia vicarij et consiliariorum de qua stetur attestationi cum iuramento ipsorum vicarij et consiliariorum. finito autem eius officio debeat dictus Camerarius reddere rationem administrationis dicti officij in manibus vicarij consiliariorum et arratiocinatorum comunis ad omnem ipsorum requisitionem pena quinque librarum denariorum sine aliqua diminutione videlicet infra octo dies post finem sui officij. Et post dictum calculum et rationem factam debeat cum effectu restituere in manibus sui subcessoris omne id et totum quod haberet in manibus de bonis dicti comunis sub pena quinque solidorum pro qualibet die quo steterit in mora post simplex mandatum sibi factum pro parte dictorum vicarij et Arratiocinatorum.

De electione Ratiocinatorum comunis et eorum officio Ca. 9

Vicarius et consiliarij predicti teneantur et debeant in generali Arenga dicti comunis ad fabas nigras et albas eligere duos ratiocinatores hoc modo videlicet quod fiat circulus hominum existentium in dicta Arenga in qua non possit esse nisi unus homo pro qualibet foculari et dictus [illegible] mittat in birreto tot fabas quot sunt homines in dicta Arenga existentes et ad circulum ordinate [illegible]

[illegible] abenigre et illi quibus obvenerint dicte fabe nigre eligant
duos Ratiocinatores, qui electores prius et ante omnia iurent ad s[anc]ta
dei evangelia ad delationem dicti vicarii seu notarii comunis scriptu-
ris corporaliter manibus tactis dictam electionem fideliter et bone
[illegible] facere remotis ab eis amore, timore, prece et precio et omni
humana gratia. Qui Ratiocinatores seu scyndicatores ut sup[r]a
electi et deputati prestito eis prius iuramento de fideli administra-
tione sui officii teneantur et debeant ratiocinare et scyndicare o[mn]es
et singulos officiales dicti comunis singulorum sex mensium tunc pro-
xime decursorum ut inferius in presenti capitulo denotatur. Nec non
exequantur et exegant et ad manus camerarii dicti comunis pervenire faciant omnes et singulas pecuniarum quantitates a quibuscumque
debentibus rationabiliter solvere aut restituere dicto comuni ex
quacumque occasione vel causa summarie simpliciter et de plano sine
scriptura vel sim[ilia]. Qui Ratiocinatores faciant per baiulos dicti
comunis in locis publicis et consuetis dicti castri bandire et preconi-
zare quod quicumque persona deberet solvere vel restituere dicto comuni
aliquam pecunie seu rerum quantitatem, reddat, solvat et restituat
camerario dicti comunis infra quartam diem post dictum bandimentum
sub pena et ad penam eorum arbitrii; forensibus aut habitantibus
in valle maris, notificetur per dictos baiulos personaliter vel domui
seu officiali loci in quo habitaret dictus debitor, de qua notificatione
stetur scripture notarii dicti comunis seu relationi dicti baiuli.
Teneanturque et debeant dicti Ratiocinatores per loca solita et con-
sueta dicti castri bandiri facere quod quicumque vellet aliquid dicere
seu petere contra aliquem officialem dicti castri pro sex mensibus
proxime decursis aut de aliquo computo seu calculo compareat
coram eis infra quintam diem ad dicendum petendum et opponendum
quicquid vult et potest verbo vel in scriptis recepturus iustitie com-
plementum. Qui Scyndicatores auctoritate presentium statutorum
habeant potestatem arbitrii et baliam de facto procedere et punire
quoscumque repertos culpabiles et debitores et occupatores bonorum dicti com[un]is

aut officiales negligentes usque in quantitatem vigintiquinque librarum denariorum habita prius consideratione qualitatis delicti seu delinquentis et conditionis rei debite: et ab inde infra prout eis melius videbitur convenire cum Refectione expensarum et dampnorum et interesse parti lese. Et a debentibus solvere dicto Comuni pecunie quantitates seu aliam rem restituere possint et valeant accipere pro eorum exequtione solidos duos denariorum pro qualibet libra rei exacte seu restitute et ad manus camerarij dicti communis pervenute vel quomodocumque solute. Et penam aliquam preceptum sine Condemnationem alicui persone in totum vel in partem nullatenus valeant relaxare seu remittere aut aliquam prorogationem seu dilationem facere ultra tempus eorum officij sub pena dupli quod de eorum proprio per potestatem et vicarium solvere compellantur. Et dictum eorum officium finire et terminare teneantur in duos menses post habitum Juramentum dummodo habeant notarium cartas et libros cõis sub pena quinquaginta solidorum pro quolibet ipsorum.

De Electione Viariorum et eorum auctoritate atque officio c.° 10

Viarij eligantur in Arenga generali ad fabas nigras et albas prout etiam Ratiocinatores eliguntur: qui post dictam electionem jurare debeant ad sancta dei evangelia scripturis corporaliter tactis ad delationem vicarij seu notarij dicti comunis eorum officium sedulo et recte exercere: ac terminari facere omnes et singulas vias dicti cõis per totum territorium dicti castri quando per vicarium et consiliarios eius olim eis mandatum fuerit. Et teneantur et debeant semel in mense [illegible] dictas vias si essent occupate seu apprehense vel quoquomodo impedite et dictas vias aptari facere per consortes et comunes seu adiacentes dictarum viarum et inobedientes et [illegible] puniri usque in quantitatem quinque solidorum pro quolibet semel in dicto facto et ab inde infra prout eis melius

et ubi invenerint vias occupatas vel impeditas debeant ponere signum
et occupans vel impediens notificare cum termino ad relaxandum
infra terminum prout eis videbitur iniungendum

De electione Custodum et de eorum officio et c. 19

Custodes electi iuxta ritum aliorum officialium ad fabas nigras et albas
teneantur et debeant sub vinculo iuramenti referre vicario seu
notario dicti communis omnes quos audiverint malefacere seu
blasfemare, adorare, adespectare omnipotentem deum vel beatam
virginem Mariam eius matrem vel aliquem sanctum vel sanctam
eius aut eos turpiter nominantes et ludentes ad ludum prohibitum
ex forma presentium statutorum et omnes damnum dantes manualiter
vel cum bestiis in territorio dicti castri et etiam extra dictum territorium
in possessionibus hominum dicti castri etiam si fuerint in alieno territorio
et laborantes in diebus festivis et qui custodiri debent ex forma
presentium statutorum et relationi quorum stetur et credatur eis usque
in quantitatem decem solidorum et possint et valeant procedere per
inquisitionem ad petitionem cuiuscumque patientis damnum et dare
iuramentum unicuique persone causa inveniendi damnum dantem
et penam sive bannum imponere et de facto exigere contra quemcumque
nolentem iurare usque in quantitatem quinque solidorum pro quolibet
et tanto semel in die facto et abinde infra prout eis melius videbitur
convenire. Teneantur etiam extimare et extimari facere omnia
damna data tempore eorum officii et relationem dicte extimationis re-
ferre vicario seu notario dicti communis ad requisitionem cu-
iuscumque damnumpassi. Et habeant pro eorum salario et labore
tertiam partem omnium penarum damnorum datorum quas per
inquisitionem invenerint; de aliis vero relationibus nullam
habeant portionem: Et si in predictis vel aliquo ipsorum

Negligentiam comiserint puniantur arbitrio ratiocinatorum tempore syndicatus qui custodes seu vallarii eligantur hoc modo videlicet unus de colle sancti angeli unus de sancto valentino et duo alii tres de capite ciselli

De electione baiulorum et eorum officio et mercede c. 12

Baiuli comunis prefati sint duo qui teneantur et debeant obedire potestati vicario et cuilibet officiali dicti castri et facere citationes et bandimenta de mandato potestatis vicarii vel alterius officialis et facere exequtionem contra quemcumque debitorem dicti comunis sine aliqua mercede vel premio: Ac etiam facere citationes bandimenta exbandimenta et exequtiones ad petitionem cuiuscumque particularis persone et habeat pro sua mercede pro qualibet persona quam citaverit si fuerit de loco in quo dictus baiulus citans habitat sex denarios si vero fuerit de alio loco ubi dictus baiulus non habitat habeat pro suo salario et mercede denarios duodecim pro qualibet tenuta quam extraxerit ad petitionem specialis persone si ille contra quem dicta exequtio fieret esset de loco domicilii dicti baiuli denarios duodecim si vero aliunde duos solidos et si dicti baiuli fuerint negligentes in exercitatione dicti officii puniantur pena quinque solidorum pro qualibet vice Volumus autem quod relationibus dictorum baiulorum in quibuscumque causis plena fides adhibeatur

De pena non acceptantium officium c. 13

Quilibet officialis dicti comunis electus siue extractus secundum formam presentium statutorum teneatur suum officium acceptare iurare et exercere mandato vicarii dicti comunis sub pena decem solidorum pro unoquoque die quo steterit in mora nisi haberet licitam causam excusationis

Per vicarium et consiliarios dicti castri qui etiam vicarius et consi
liarii vel maior pars ipsorum quotiens eis videbitur pro aliqua
rationabili causa possint substituere quemcumque officialem loco
primi electi et habeatur pro legitima electione. Teneantur etiam
dicti officiales si eos a territorio dicti castri abesse contigerit
ultra tres dies loco sui relinquere substitutum sub pena quadraginta
solidorum quo steterit sine dicto substituto ultra dictos tres dies. Si
quis autem pro expeditione negociorum dicti comunis electus fue
rit orator teneatur et debeat mandato vicarii se conferre ad
locum ad quem destinatus fuerit et causam seu negocium sibi
comissum diligenter expedire sub pena viginti solidorum sibi
in casu contravenctionis de facto et sine aliqua diminutione
exigendorum. Vicarius vero et consiliarii qui in predictis negli
gentes fuerint et dictas penas ab inobedientibus non exigerint
incidant in eamdem penam soluendam sine aliqua diminutione
vel gratia

Quod offles sui intrascriptus possint cum licentia R.^ca 14 8

Potestas Vicarius et consiliarij dicti Castri vel maior pars ipsorum possint et valeant vnicuiq. licentiam concedere in laborit.. et oneribus portandis in dicto Castro vel eius Territorio acci Tempore vindemiarum et Messium ac Triture prout eis vel maiori parti ipsorum videbitur et placebit non obstante aliqua prohibitione facta ex forma presentium Statutorum de qua licentia stetur simplici uerbo dictorum concedentium et obtinentes dictam Licentiam pro illo Casu ad penam aliquam minime Teneantur

Quod offles possint pro utilitate comunis ordinare et reformare R.^ca 15

Vicarius consiliarij et Massarij dicti Castri vel maior pars ipsorum Pro bono utilitate et pacifico statu dicti Castri et comunis ipsius possint et valeant statuere ordinare reformare et penas imponere prout eis videbitur et placebit: non Tamen preiudicando S. R. E. sacris constitutionibus ac Mag.co comuni Spolet. Dummodo dicte ordinationes per Mag.cos dominos Priores populi dicte Ciuitatis Confirmentur.

Quod offles quolibet Anno debeant aptari facere uias publicas R.^ca 16

Vicarius et eius consiliarij vinculo Juramenti et pena uigin.. solidorum pro quolibet ipsorum Teneantur et debeant ubicumque oportuerit pro habilitate viarum quolibet Anno iubere vnam operam per quemlibet hominem dicti Castri: cuicumque autem mandato eorum non paruerit pro quolibet mandato puniatur pena quinque solidorum non Tamen aliis Capitulis super hac materia loquentibus derogando: que quidem opera fieri debeant de mense

Q Vicarius possit iubere opus contra impetum fluminis ca 17

Quoniam sepenumero Accidit q fluminis impetus multas possessiones hominum dicti Castri destruit et domini ipsarum sole non possunt eas a dicto flumine et eius impetu defendere Statuimus et ordinamus q Vicarius dicti Castri qui per tempora erit ad petitionem Dominorum dictarum possessionum possit et valeat quibuscunque sibi videbitur et placebit pro defensione dictarum possessionum iubere opera seu operas ad penam suo arbitrio infligendam et ab inobedientibus sine aliqua diminutione exigendam

Q nemo nisi Cams recipiat pecunias cois ca 18

Nulla psona nec officialis recipiat pecunias seu pignora spectantia coitati sine licentia vel comissione Camerarii cois sub pena unius florem pro qualibet et qualibet vice

Q nullus officialis faciat composit cum aliqua ca 19.

Nullus officialis faciat composit de aliqua pena cum aliqua psona sine pntia et consensu vicarii cois sub pena decem librarum pro qualibet copositione Et in eamdem penam incidat qui dictam composit fecerit cum dicto offic et talis compositio sit nulla

De salario oratorum seu militum R^{ca} 20

Item statuimus et ordinamus quod illi qui mittuntur sindicatum pro aliqua imbasciata dicti comunis habeantur a Camerario dicti comunis pro eius salario pro quolibet die si fuerit tempore messium bolonos octo pro quolibet vero die aliis temporibus bolonos quatuor

In Dei nomine Amen Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto inde[ictione] [illegible] temporibus pontificatus S^{mi} in Christo patris et domini nostri Domini Clementis divina providentia papae octavi die vero [illegible] Mensis Martij anni predicti

In publica et generali Arenga universitatis et hominum Castri Cisellij districtus Mag^{ce} Civitatis Spoleti legitime sufficienter et valide numero congregatis et coadunatis in loco dicto [illegible] ubi congregari consuevit de commissione et mandato Spectabilis viri [illegible] honorandi vicarij dicti castri et bannitis generaliter et [illegible] fuit per loca solita et consueta dicti Castri per Cesare [illegible] publicum Baiulum et banditorem comunis et curie dicti Castri heri sero pro hac die et hora in qua Arenga interfuerunt ultra duas partes hominum dicti Castri ad unum hominem pro quolibet focularem in dicta Arenga interveniri debentium in quibus tota eius facultas et auctoritas est data universaliter consulendi et arengandi et per quos dicta arenga representatur in qua quidem Arenga a prefato vicario et hominibus predictis [illegible] reiteratione damnorum multorum quod cotidie fiunt in territorio dicti Castri Cisellij a bestiis caprinis fuit decretum et deliberatum una voce et nemine discrepante quod pastores Caprarum [illegible] in possessionibus cum vitibus plantonibus seu aliis arboribus fructiferis leguminibus et ubi damnum erit incurrant in penam unius baioccheli pro qualibet bestia Caprina qualibet vice et ita fuit nostri decretum et deliberatum una voce [illegible] omni meliori modo etc.

Ieronimus [illegible] unus ex consiliariis in dicta Arenga existens surgens [illegible] ad solitum Arengandi locum accedens facta prius divini nominis invocatione dixit consuluit consultum predicti vicarij una cum dictis hominibus in dicta congregatione fore esse confirmandum prout ipse confirmavit addens [illegible] quod pastores ovium d. d. in prenominatis locis incurrant in penam [illegible] singuli pastores et qualibet vice et ita per dictum vicarium consiliarios et alios homines [illegible] decretum et deliberatum una voce ut supra etc. omni meliori modo

Actum in territorio Castri Cisellij et [illegible] in area [illegible] iuxta sua notissima latera presentibus ad predicta [illegible] Ser [illegible] viti et petro [illegible] testibus etc.

9v

Et quia ego Pompeius Rubeus de Gellio civis Spoletinus et pub.s Apostolica auctoritate not.s et iudex ordinarius supradictis confirmationibus et omnibus aliis supradictis dum sic ut premittitur agerentur et fierent interfui et presens fui eaque rogatus scripsi rogavi et publicavi et in hanc publicam formam redegi ad fidem robur et testimonium premissorum signum nomenque meum apposui consuetum

Signum Mei Pompei Not. predicti

Priores populi
Civitatis Spoleti

Suprad.ta Reformatione coram nobis exhibita et confirmationi petita dummodo cum Ecc.ae libertate et statutis Spoleti non tendant confirmamus et approbamus et observari mandamus in quorum fidem [illegible] Spoleti ex aedibus populi sub die 31 octobris 1596

Alexander Riccardus Canc.s

Quoniam citatio est litis exordium hac pn̄ti lege preuisum est q[uod] Dominus Potestas uel vicarius, [et terrerius] dicti Castri qui pro tempore fuerint uel utraque ipsorum in d[i]c[t]o Castro et eius districtu faciant reum citari ad petitionem cuiuscumque postulantis personaliter uel ad domum sue solite habitationis una die pro altera: In qua Citatione exprimatur mane hora tertia Causarum ciuilium comparens responsurus de iure petitioni sibi fiende per talem actorem: Si autem reus citatus fuerit personaliter sufficiat unica citatio. Si uero domi tunc iterum Citetur expensis ipsius. Si uero reus personaliter citatus non fuerit nec haberet in d[i]c[t]o Castro uel eius territorio, domum propriam nec conductam tunc citetur ad bancum Iuris sive ad Januas Castri collis Sancti Angeli [illegible] una die pro altera: Si autem reus citatus personaliter uel ad loca predicta in termino Citationis uel citationum predictarum non Comparuerit pronuntietur contumax et pro Contumace habeatur et reputetur contra eum procedatur ut infra in sequenti capitulo declaratur. Citationes uero ut supra facte duabus vicibus fieri intelligantur in principio litis, in aliis uero Actis Causarum sufficiat Unica Citatio facta personaliter uel ad domum sue solite habitationis absque Commissione predicta. que tam in reo q[uam] in actore locum habere volumus et presenti lege sancimus.

Quomodo procedatur contra reum contumacem R[ubrica] 22

Reo quidem ut supra citato et pro contumace habito [illegible] citationis uel citationum factarum Comparente et Reo contumaciam Accusante: Actor quandocumque voluerit in sex dies post [illegible] contumaciam petere contra ipsum reum contumacem procedi [illegible] exhibita per ipsum petitione in scriptis uel verbo [illegible] prestito sibi Actori corporali iuramento q[uod] non Animo [illegible] petit: detur et Assignetur d[i]c[t]o Actori tenuta in bonis [illegible] pro mensura sui Crediti et expensis in causa factis [illegible] Mobilium [illegible] et stabilium [illegible] et [illegible] in [illegible] [illegible] in [illegible] dicte tenute Assignetur terminus ipso reo [illegible] dierum [illegible]

Tenuta absque aliqua citatione fienda de ipso reo: Et talis Termi
nus die qua dabitur vel Assignabitur notifficetur dicto Reo perso-
naliter vel domi sue solite habitationis Reo autem in dicto
Termino decreto dicti non comparente Si Actor coram dicto potestati vel dicto et
vicario per publicum instrumentum seu per testes fidem fecerit
de debito et quantitate petita quam facere possit sumarie absque alia
citatione de Reo Tunc ipsa Tenuta vendi possit cum presentia dictorum
potestatis vel vicarii premissis Tribus bandimentis diversis diebus
factis per baiulos dicti Castri: Si vero Actor de predictis fidem
non fecerit ut premittitur Tunc dictus Reus possit infra mensem
reluere dictam Tenutam refectis in utroque Casu expensis in Cau-
sa factis dicto Actori. Si autem in dictis Terminis non Comparuerit
Tunc dicta Tenuta ut dictum est vendi possit Tribus premissis
bandimentis ad bancum Iuris de venditione dicte Tenute et plus
offerenti vendatur Si offeretur iustum et competens precium poti
vel vicario vel ipsorum Alteri alias detur actori in solutum pro
quantitate petita et Tertio pluri et expensis in Causa factis
secundum extimationem fiendam de dicta Tenuta per duos homines
per dictos potestatem et vicarium eligendos cum Iuramento prestando
et in Actis Cause inseratur post quod dicta Tenuta eidem actori
per dictos potestatem vel vicarium ex secundo decreto Curie adiu
dicetur: Si vero dictus Reus citatus fuerit domi sue solite
habitationis vel ad bancum Iuris seu ad valvas Liceat sibi
infra duos menses recuperare dictam Tenutam refectis prius
expensis in Causa factis et dato fideiussore Idoneo de iudicio
sisti et Iudicatum solvendo alias procedatur contra ipsum ut
supra: Si dicta venderetur maiori pretio quam dictus Reus solvere
deberet Tunc illud plus restituatur dicto reo Si vero minori
procedatur contra dictum reum usque ad integram satisfactio
nem dicti Actoris de quantitate petita et expensis Volumus
autem quod Contra Reum contumacem in personali aut reali
actione vel utroque ipsarum data Tenuta post extromissionem
Tenute non possit dictam Tenutam recuperare dicto modo
nisi postquam dicta Causa fuerit cognita et per sententiam Termi-

Petitione seu libello exibito in Judicio si reus copiam petierit
detur sibi sumptibus actoris cum Termino Trium dierum
ad respondendum dicte petitioni si vero aliquas exceptio
nes preter infrascriptas opposuerit Potestas seu vicarius
dicti Castri coram quo fieret dicta oppositio admittat illas si
in quantum de Jure Teneatur aliter no seruatis Juribus et
exceptionibus ipsarum virtute efficacia et probatione post litem
contestatam et ita se habeat diligenter quod nisi manifesta inepti
tudo petitionis appareat litem super ipsis in uiginti dies contesta
ri faciat a die exhibitionis libelli uel petitionis nume
randos ubi ueniret contestanda de Jure: alias faciat ipsi
petitioni seu libello responderi et nulla exceptio dilatoria
peremptoria uel alterius generis impediat uel retardet litis
contestationem siue responsionem fiendam nisi contra personam
opponeretur que quidem debeat in dictum Terminum discuti
et probari uel nisi opponeretur exceptio rei Judicate uel
solutionis et deinde Terminus utrique parti Assignetur
decem dierum post litem contestatam uel responsionem factam
petitioni seu libello in antea numerandorum ipsa die dati Ter
mini minime computata ad probandum in ipsa Causa de
Juribus ipsorum: qui Terminus etiam quod no fuerit Assigna
tus per potestatem uel vicarium auctoritate presentis sta
tuti habeatur pro dato et assignato tam actori quam Reo
et dictus Terminus preterea in summariis no possit aut
nisi de uoluntate utriusque partis: exceptis Causis reuocatio
nis et extromissionis tenute et aliis de quibus et in
quibus summarie proceditur de Jure uel ex forma
presentium statutorum in quibus Arbitrio Potestatis
et Vicarii Terminus Assignetur dummodo excedere
no possit Terminum supradictum

11v

De salario soluendo in causis Ciuilibus R[a] 24

Quando Lix contestabitur uel contestanda ueniret uel ante responsionem faciendam petitioni: Potestas uel vicarius dicti Castri Coram quo questio uertretur faciat solui salarium Camerario dicti Castri de quantitate petita vz valoris rei petite cuius extimatio fieri debeat dicto tempore ab actore quatuor denarios pro qualibet libra denariorum et si actor non soluerit dictum salarium tempore contestationis litis uel responsionis predicte uel tempore pronumptiationis tenute que fieret contra contumacem, uel die pronuptiationis predicte, uel tempore facti mandati, uel die exequtionis Mandati quod si salarium predictum non fuerit solutum casu quo solui deberet, Litis contestatio pronuptiatio preceptum et quicquid inde fieret nō valeat ullo Jure et exequtio non fiat Salarium autem predictum quecumque sit quantitas que peteretur nō possit excedere sūmam quinquaginta solidorum den. Et semel solutum in principali Causa ulterius solui non debeat

De Juramento prestando In Causis Ciuilibus R[ca] 25

Petens aliquid in Judicio cuiuscumque conditionis uel ualoris existat iuramentum deferendum reo super re petita suscipiat in se, reus delatum Juramentum delatum uel ipsum referat Actori alr habeatur pro confesso a conuicto ac si esset per sententiam condenatus et possit fieri contra ipsum exequtio: et si actor Juramentum quod sibi refratur super re quam petit uel defertur eidem per ipsum reum nō subiiceret a contentis in sua petitione et super quibus delatum uel relatum fuerit Juramentum sit et habeatur reus absolutus, ac si per diffinitiuam sententiam fuisset a predictis absolutus. Possit autem actor nō obstante dicto Jur[to] reprobare iuramentum delatum ipsi reo et prestitum per eundem intra decem dies post Juramentum delatum uel relatum probando rem petitam super qua delatum fuit dictum Juramentum per instrumentum uel per testes uel per alium modum legitime probantes Et hec probatio fieri possit summarie et de plano

absq3 litis contestatione uel alia sollemnitate & Juris ordine condemnetur dictus reus ad soluendum & restituendum ipsi Actori rem petitam: Et econtra possit reus idem in actore agere et idem in oibus obseruetur et In quolibet Casu victus victori in expensis legitime factis Condemnetur. Et si Confessus fuerit quis debitum precipiatur eidem q intra decem dies satisfaciat actori rem petitam & Confessatam ad penam quinquaginta solidorum den Reseruatis Tamen ipsi Exceptionibus in dicto Termino opponendis et probandis

Et Victus victori in expensis Codemnentur Rca 26

In omnibus et singulis litibus & questionibus ciuilibus extraordinarijs mixtis & sumarijs atq3 controuersijs que vertentur Coram potestate uel vicario dicti castri Condemnetur victus victori in ueris & legitimis expensis factis in Tali causa lite & questione In quacuq3 parte Judicij non obstante Juramento Calumnie in ipsa lite & questione prestito Ac etiam q ipse expense nõ fuerint petite p actorem

De Compromissis fiendis inter litigantes Rca

Si Aliqua lis seu controuersia uel discordia verteretur Inter aliquos homines dicti comunis super quacuq3 re uel causa ut facilius erroribus & scandalis qui inde exoriri possent occurratur Statuimus & hac lege Sancimus ut si verteretur lis Inter homines dicti Castri et precipue Inter coniunctos usq3 In Tertium gradum Potestas & vicarius dicti Castri ante litem contestatam Teneantur vinculo Juramenti compromitti facere dictam litem Inter consanguineos affines seu Amicos coes: qui possint & valeant dictam litem diffinire & Terminare de Jure & de facto & prout eis uidebitur & placebit sollemnitatibus Juris et Tela Judiciaria omissa, diebus feriatis uel feriendis ...

mensem a die facti compromissi computan sub pena decem librarum pro quolibet contrafaciente de facto sine aliquo processu exigendarum. Debeant autem dicti [illegible] interquos dis[cor]dia vertitur mandato dictorum potestatis uel vicarij uel alterius ipsorum dictum compromissum facere: et quicquid per dictos arbitros laudatum & sententiatum fuerit penitus obseruare sub pena viginti quinque librarum de facto et sine aliquo processu exigendarum.

De Instrumentis pactis et conuentionibus in iud[ici]o productis executioni mandandis R[ubrica]

Petens aliquod pactum conuentionem: promissionem laudum sententiam legatum testamentum codicillum uel aliud cuiuscumque generis contractum de quibus aliquod appareret instrumentum uel protocollum non vitiatum nec cancellatum non abolitum nec in aliqua parte suspectum executioni mandari contra illum uel illos qui ex dictis instrumentis uel contractibus uel illorum aliquo essent obligati etiam si non sint ipsi principales contrahentes tractantes uel promittentes in omnibus litigantibus personarum ubi oportuerit. Potestas et Vicarius dicti castri et utrumque ipsorum coram quo facta fuerit petitio predicta que tantum verbis fieri possit absque alia petitione in scriptis porrigenda precipiat ipsis debitoribus quod infra decem dies satisfaciant petenti de omni quantitate in petitione instrumento seu protocollo contenta quod petitur executioni mandari: qui debitores si in dicto termino rem petitam soluerint uel petitioni responsuri et exceptiones oppositurj [illegible] solutionis uel falsitatis comparuerint que in d[ic]to ter[mi]no probare debeant alias contumaces habeantur et de dicta quantitate contra eos executio fieri possit ac si essent castri [illegible] et per sententiam [illegible]

De fideiubsore conseruando Indemnem &c

Fideiubens uel pro aliquo se constituens seu obligans si ab eo cuius sic se debitorem constituit aliquo modo molestaretur principalis teneatur & debeat Iudicium & causam in se suscipere pro dicto fideiubsore & suis heredibus & defensioni per potestatem & vicarium ad dictam quantitatem soluendam compellatur: fideiubsor autem ab omni molestia predictorum liber & Indemnis reddatur: cum restitutione dannorum expensarum & Interesse contra quem principalem potestas et vicarius procedat sumarie simpliciter & de plano sola facti ueritate inspecta sine strepitu et figura Iudicij: Volumus tamen q prius conueniatur principalis q fideiubsor.

Quomodo reddatur Ius forensibus &c

Forensibus petentibus reddatur & fiat Ius sumarium prout & sicut redditur forensibus unde talis forensis est oriundus. reseruata tamen super hoc voluntate et Arbitrio potestatis et vicarij dicti castri eo mo-do Iniuriam & Iniustitiam eis non faciant.

13v Quomodo procedatur contra reum confessum R[ubric]a

Confitentj debitum in Judicio si quidem quantitas petita nõ excederet sum-
mam quinq3 librarum Assignetur Terminus quinq3 dierum ad solvendum
et abinde supra Terminus decem dierum continuorum constituatur ad
solvendum quantitatem Confessatam.

In quibus Causis sũmarie procedatur R[ubric]a 32

In quibuscumq3 causis, sũmis et quantitatibus non excedentibus sũmam
quinq3 librarum. Potestas et vicarius & uterq3 ipsorum habeant
cognitionem et possint procedere sũmarie, simpliciter et de pla
no sola facti veritate inspecta sine strepitu & figura Judicij
omni cavillatione & sollemnitatibus Judiciariis postpositis

Q[uod] Jus reddatur in loco deputato R[ubric]a 33

Potestas et Vicarius dicti castri et uterq3 ipsorum reddat unicuiq3
petenti jus in platea ecclesie Sancti Angeli de colle palumbo
vel ubi fuerit deliberatum per vicarium & Consiliarios dicti
castri et ille sit et Intelligatur Locus Idoneus et Tribunal
ad Jus reddendum deputatus.

De ferijs In Causis Civilibus R[ubric]a 34

Feriatos dies In Causis Civilibus hoc est in quibus Jus nõ redderetur
esse decernimus omnes et singulos infrascriptos v3 Omnes
dies dominicos, diem Nativitatis Domini nostri yhu xpi cum
quatuor diebus precedentibus et octo subsequentibus diem
epiphanie, diem nativitatis & decollationis Sancti Joannis,
[illegible] diem paschalis resurrectionis cum septem precede
ntibus [illegible] subsequentibus, diem Ascensio

nis Domini, diem [illegible] sanctorum dies festivitatum omnium fide-
lorum et Commemorationem diem Penthecostes cum duobus sequentibus
diem Corporis Christi diem Sancti Michaelis archangeli diem
Sancti Antonii abbatis diem Sancti Nicolai dies Sanctarum
Caterine et Lucie omnes dies festorum Beate Marie virginis
omnes dies Veneris de mense Martii et dies in quibus in-
dicuntur ferie per vicarium officialis [illegible]
ipsorum tempore messium et vindemiarum in quibus feri-
[illegible]

De modo agendi contra heredes defuncti rubrica 3a

Si quis asserens se creditorem alicuius defuncti contra ipsius
heredes agere voluerit de mandato potestatis vel vicarii
per baiulum dicti castri ipsos heredes persone defuncte citari
faciat bis una die pro altera ad domum solite habitationis
talis persone defuncte alta voce quod compareant coram potestate
vel vicario ad respondendum de iure tali agenti [illegible]
et si infra terminum dictarum citationum vel alicuius earum
aliquis non comparuerit legitime [illegible] ex tunc [illegible] esse debeat et [illegible] vere contumax et contra ipsum
et ipsius bona procedi possit tamquam contra veros contumaces
ad tenutam pro quantitate petita. Et dictis terminis
elapsis et nemine comparente legitime in contumaciam
accusatis ad petitionem actoris in decem dies subsequentes
potestas vel vicarius coram quo agetur exhibita petitione
in scriptis vel verbo in actis redacta procedat ad missionem
tenute bonorum talis persone defuncte ex primo
decreto de quantitate [illegible] mobilium videlicet
et immobilium triplo prestito iuramento quod non animo
calumnie petit. Et in [illegible] dicti termini
viginti dierum terminus assignetur dicto heredi

vel [illegible] [illegible] alicubus et tempore absque aliqua alia citatione
facienda ad recolligendum ipsam tenutam et si aliquis in termino dicte
[illegible] dierum comparuerit et idoneus accepit satisdationem de judicio sisti
et judicatum solvendo et omnes expensas in dicta causa factas satisfaciendo
ipsam tenutam de integro recipiat et dicta causa procedat remanente
[illegible] citatione usque cuius data fuerit tenuta in eo statu quo
erat tempore prime citationis. Et si vero aliquis in dicto termino legitime non com
paruerit ut supra dictum est et dictus fidem faciat per publicum instrum[entum]
vel per testes tunc procedatur ad petitionem actoris ad venditionem ad bona
tenute [illegible] [illegible] bandimentis per [illegible] dicti castri
[illegible] manente [illegible] vel [illegible] alta voce [illegible] [illegible]
[illegible] terminis [illegible] [illegible] Et si [illegible] quod [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] vel vicarii si vendi non possint [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] quantitate [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] de dicta tenuta per duos
[illegible] [illegible] juramento facta

Quod nemo intret in possessionem bonorum defuncti c[apitul]o 136

Nullus persona audeat vel presumat apprehendere possessionem vel
[illegible] [illegible] alicuius successionis ex testamento vel ab
intestato vel [illegible] quo jure vel causa bonorum et hereditatis
alicuius defuncti [illegible] [illegible] per ipsum defunctum tenebantur et
possidebantur [illegible] tempus sue mortis sine [illegible] licentia
[illegible] vel vicarii dicti castri ad penam decem librarum
pro quolibet et qualibet [illegible] ipsam possessionem et tenutam
statim restituat et [illegible] nisi forent predicti [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filii defuncti
[illegible] [illegible] [illegible] sive non Et [illegible] [illegible]
[illegible] frater soror vel uxor ibidem [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] debeant [illegible] [illegible] [illegible]

ipsorum . [illegible] testamento [illegible] [illegible] defuncti in publicam

formam [illegible] scripto in eodem [illegible] ad

[illegible] ad contradicendum ipsi contradicere [illegible]

et allegandum causam quare concedi non debeat dicta [illegible]

ipsis legatariis intrandi et apprehendendi dictam tenutam et

possessionem legatam casu quo non legitime contradixerit vel [illegible]

rit contumax per potestatem vel vicarium dicti castri. Quilibet in suo

casu concedi debeat licentia intrandi et apprehendendi tenutam

et corporalem possessionem bonorum defuncti que per ipsum defunctum

tenebantur et possidebantur ante mortem. Casu autem quo defun[illegible]

[illegible] intestatus. Tunc ad petitionem dicentis se esse heredem [illegible]

defuncti Potestas vel Vicarius dicti castri et uterque ipsorum [illegible]

porrecta aliqua petitione vel narratione coram eis que tantum verbo

fieri possit absque aliqua petitione in scriptis porrigenda [illegible]

publicum baiulum dicti castri publice [illegible] alta et intelligibili voce

[illegible] audientibus citari et requiri contradictores si [illegible]

Si vero citati non sunt faciat fieri unum proclama generale ad

domum solite habitationis dicti defuncti quod si aliquis [illegible]

intra terminum statuendum per potestatem vel vicarium comparere

debeat coram eis ad contradicendum ipsi petitioni et quare petita

licentia [illegible] et contenta in dicta petitione fieri non debeant

si aliquis comparuerit contradictor vel non comparuerit [illegible]

summarie de plano sine strepitu et figura iudicii cognoscere [illegible]

iuribus partium et procedere summarie et diffinire [illegible]

immittere petentem in possessionem predictam et immissum [illegible]

ipsam possessionem et tenutam renovare et alia [illegible]

forte [illegible] et omnis licentia sententie [illegible]

2 8 5

165

omnis imissio in Tenutam et possessionem bonorum talis defuncti
et ipsius hereditatis data et concessa per dictos officiales vel
alterum ipsorum habeng ex Testamento vel ab Intestato Teneat
et ad plenam probationem omnium & singulorum predictorum
et sufficiant unus Testis probans de veritate in predictis vel
de fama publica probata per duos Testes Non obstant aliquo
generali vel speciali Statuto in Contrarium disponente Et
procedi possit in predictis omnibus et singulis & ipsorum quolibet
non obstantibus ferijs quibuscumque in comodum hominum Iudicantis
vel Iudicandis nisi in ferijs & diebus feriatis in honorem Dei

De modo petendi consilium sapientis Rubrica 37

Consilium Sapientis in qualibet causa Civili Criminali seu mixta
Potestas vel vicarius dicti Castri petenti suis expensis dare & con
cedere et Causam comittere Teneatur non tamen alicui partium
suspecto Doctori sed partes prius allegare debeant Curie sus
pectos & confidatos et deinde insaculatis Iuribus utriusque partis
vel facto processo comuni Trasmittatur Causa ad Doctorum non
suspectum si ex concordia partium eligi possit sin autem per
Curiam eligatur Et Petito dicto Consilio debeant partes infra quin
[illegible] diem post dictam petitionem producere Iura eorum et deponere
pecunias pro dicto consilio habendo videlicet salarium Consultoris et
mercedem nuntij Et si aliquam dictarum partium steterit
quod dictum Consilium Trasmitti non possit Curia procedat
ad ulteriora non obstante petitione producta si steterit per petentem
sin autem Cogat ambas partes ad deponendum & faciendum ut
supra Postquam autem consilium habitum fuerit exequatur sententia

Perdentis et in causa succumbentis ita q in omni Judicio semper victus victori in expensis legitime factis Condimnetur

Quomodo procedatur contra debitorem forensem R.ca 38

Si quis de dicto castro aliquid ab aliquo forense esset recepturus et dictus forensis haberet aliquid suum uel sibi debitum et ad se spectans apud aliquem de dicto castro · ille de dicto castro apud quem esset aliquid de bonis seu Juribus dicti forensis Teneatur in sequestrum retinere ad petitionem Cuiuscumque Creditoris seu debentis recipere quicquid de bonis Talis forensis quod apud se esset ad petitionem eiusdem quantitatis quam Talis forenses soluere Tenetur predicto suo Creditori · qui Creditor seu recipere debens a dicto forense procedere possit contra talem de dicto Castro res dicti forensis in sequestrum retinere nolentem ad ipsius petitionem tamquam suum uerum pro quantitate petita debitorem Et vicarius seu potestas Teneatur facere sequestrari per baiulos dicte comunis ad petitionem Cuiuslibet petentis

In nomine Domini Amen anno a natiuitate eiusdem millesimo sexcentesimo x[illegible] nono Ind. [illegible] die 26 Maij [illegible] Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. Paulo P. P. V. [illegible] anno [illegible] sui Pontificatus

In publico et generali consilio [illegible] et hominum comunis dicti Castelli Vallis [illegible] [illegible] congregato et coadunato Capitulis [illegible] in ualido et sufficienti numero in loco ubi [illegible] bandita, et [illegible] in ualido, et sufficienti numero [illegible] Viri [illegible] Felicis Vicarius [illegible] [illegible] Pompei [illegible] eiusdem comunis in quo quidem consilio [illegible] de Villa [illegible] [illegible] interuenerunt, et interfuere [illegible] homines [illegible] Luciangelus Vic. [illegible] [illegible] Sanctinus [illegible] [illegible] Cesaris petrus [illegible] Jo. Angelus [illegible] [illegible] Jacobi [illegible] Sempronius Hieronimus [illegible] Leonardus [illegible] Jo. Dominicus [illegible] Cosmus [illegible] Cosmi [illegible] Antonius [illegible] Fernerius Felicis Nicolaus [illegible] Laurentius Angeli, Justinianus [illegible] Laurentius, et Jo. Felix [illegible] [illegible] Manilius [illegible] Bernardinus [illegible] Josephus Mariani Josephus Adrianus [illegible] Luciangelus Josephi, et Fabritius [illegible] omnes de dicto [illegible] ad [illegible] ultra duas partes, et ultra hominum in patria existentium

cassa [illegible] Ester [illegible] [illegible] alterum reformatum

16v [illegible] seculari, in quibus consideratur tota vis robur et facultas [illegible]
ut d[ict]e Societatis [illegible] boni pacis d[ict]i un[iversaliter] et particularius [illegible] una om[n]ium
voce nemine discrepante statuerunt reformarunt, et in p[rese]nti volumine
[illegible] addiderunt, q[uo]d in futurum ne[mo] de d[ict]is [illegible] seu aliunde audeat
seu p[re]sumat retinere parcular[e], seu parci facere in [illegible] eiusd[em] [illegible]
[illegible] quas ex bellinar[um] capellar[um] sub pena unius floreni p[ro] q[ua]l[ibet]
capra et p[ro] q[ua]l[ibet] vice applicand[a] ut alie pene [illegible] et [illegible]
[illegible] decretum et ordinatum fuit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] loco [illegible], et Bartholomeo [illegible] testibus vocatis [illegible]

Et ego Valentinus Agrinus [illegible] S[anct]i Sebastiani eiusd[em] [illegible] Capitu[li]
[illegible] pub[licus] [illegible] [illegible] cum p[re]dictis testibus [illegible] [illegible]
reformatis, et ordinationibus una [illegible] p[re]dictis testibus interfui, p[re]sentiq[ue] [illegible]
[illegible] scribere, [illegible], et publicavi, et in hanc [illegible] publicam
[illegible] ad fidem et testimonium omnium premissorum sig[num] nomenq[ue] meum
[illegible] appositum solitum et consuetum rogatus, et requisitus.

Liber tertius de maleficiis in quibus potestas et vicarius procedere possint / Rª 39

Cum maleficiorum impunitas peccandi materiam prebeat et malorum hominum consensum et audaciam contra bonos excitet. Ideo publice utilitati expedit ne maleficia remaneant impunita sed ut male factores debita pena puniantur. Iuncirco hac presenti lege sancimus quod domini potestas et vicarius dicti castri et utrique ipsorum per eorum tempus officio fungens habeant in dicto castro et eius territorio iurisdictionem a summis pontificibus eis concessam et minus iuxta constitutionem et capitula inita inter magnificam communitatem spoleti et communem dicti castri et consuetudinem hactenus observatam. Qui potestas et vicarius et ipsorum utrique possint de omnibus et singulis maleficiis que in dicto castro et eius territorio committerentur durante eorum officio et per duos menses antea (si forte a precessoribus impunita relicta fuerint) cognoscere et sine illis iure procedere ac ea per accusationem denunciationem et inquisitionem punire. Si qua etiam maleficia extra territorium dicti castri ab hominibus eiusdem commissa fuerint non minus quam si intra dictum territorium commissa fuissent ea ab eisdem potestate seu vicario puniri possint et debeant secundum formam presentium statutorum.

De modo procedendi in causis criminalibus Rª 40

Citationes super maleficiis iusto modo fiant et fieri debeant. Videlicet quod quicumque accusatus denunciatus vel inquisitus fuerit pro aliquo maleficio per eum commisso si pena aliqua statutaria vel iure condemnandus esset. Citetur et requiratur per baiulum dicti communis una die pro altera personaliter vel domi sue solite habitationis sed si personaliter citatus fuerit sufficiat unica citatio

17r

si uero personaliter citatus non fuerit sufficiant due citationes
domi eius solite habitationis proprie uel conducte vz una die pro
altera sed tamen diversis diebus quod ueniat coram dno Potestate
uel vicario ad se excusandum et defendendum ab accusatione
denunciatione uel inquisitione factis ac contra ipsum faciendis. Si
uero talis accusatus denunciatus uel inquisitus esset forensis
et non habitaret in dicto castro et eius territorio tunc bis ci-
tetur per bayulum dicti castri diversis tamen diebus cum termino
duorum dierum pro qualibet citatione die facte citationis in termino
predicto minime computato et sufficiant dicte citationes facte per bayulum
publice et alta voce in platea dicti castri et ualeant ac si personaliter
citatus fuisset infra quem terminum comparere possit ad se excusan-
dum et defendendum a dicta accusatione denunciatione uel inquisitione
uel contra eum formata et si dictus talis citatus uel requisi-
tus intra terminum dictarum citationum uel requisitionum non com-
paruerit tunc ipsis terminis elapsis exbandiatur publica et alta
uoce in platea dicti castri per bayulum dicti comunis quod intra ter-
minum quinque dierum proxime futurorum comparere debeat ad se ex-
cusandum a dicta accusatione denunciatione uel inquisitione et
contentis in eis et qualibet earum in quantitate qua ueniret
condemnandus pro tale maleficium per eum comissum secundum ius
et formam statutorum dicti castri. Et si plus uel minus
exprimeretur in dicto bano quam esse deberet secundum formam iuris
et statutorum predictorum non per hoc vitietur sed ipsum banum
intelligatur datum in iusta et debita quantitate. In quo bano

remaneat si intra dictum Terminum non comparuerit: ipsa die dati banni in dicto Termino minime computato: Elapsis uero Terminis predictarum Citationum et banni si reus non Comparuerit Tunc uigore presentis capituli pro Contumace habeatur et reputetur: et censeatur legitime confessus et conuictus ac si esset legitimis probationibus superatus de omnibus et singulis in dicta Accusatione denunciatione uel inquisitione contentis: Et perinde dominus potestas et Vicarius dicti Castri et uterque ipsorum ad sententiam Condemnatoriam procedere possint et debeant ac si ipse reus contumax omnia et singula in ipsa Accusatione denunciatione et Inquisitione contenta esset legitime confessus: ac Testibus et legitimis probationibus superatus: Si tamen intra Terminum alicuius citationis et banni reus uel aliquis pro eo Compareret eius comparitio admittatur et postquam Accusationi uel inquisitioni responderit et idoneum fideiussorem de hominibus dicti Castri dederit dictam condemnationem pro ipso reo soluturum dimittatur nec aliquo modo detineri aut grauari possit nisi In Casu alias a Iure permisso Ipsi autem reo Assignetur Terminus decem dierum ad omnes et singulas probationes et defensiones faciendum qui Terminus sit peremptorius in quem recipiantur Testes et probationes utriusque partis tam super Accusatione tam super defensione et articulis et ipsis Testibus receptis post ipsum Terminum publicatione processus partibus ad ipsam publicationem requisitis et post dictam publicationem detur copia uolenti suis dumtaxat sumptibus Cum Termino quindecim dierum ad opponendum quo Termino elapso procedatur ut Juris fuerit ad sententiam Condemnatoriam uel absolutoriam parte tamen legitime citata uel requisita.

Quomodo fiant Accusationes R 41

Quicumq. voluerit aliquem de dicto Castro Accusare seu denuciare debeat dictam Accusationem facere potestatj seu vicario presente notario dictj castri: et Tempore Accusationis seu denuciationis predicte Iuret accusator ad sancta dej Evangelia contenta in dicta Accusatione uera esse et quod non Animo Calumnie sed pro ueritate Tantum id facit et prestet idoneum fideiubsorem de probando dictam accusationem intra decem dies post excusationem Accusatj. Et si in dicto Termino predicto non probauerit dicto Accusato negante puniatur dictus Accusator pena decem solidorum den. Et nulla Accusatio aliter fieri possit quam modo supradicto et si aliter fieret quicquid ex ea sequeretur nullo iure valeat sed nulla penitus et nullius roboris uel momentj esse censeatur

De Allegatione absentie R 42

Allegantj absentiam alicuius citatj occasione Alicuius maleficij uel Ciuilis seu Criminalis cause Assignetur Terminus Competens (prestito prius corporali iuramento quod non Animo Calumnie sed pro ueritate dictam absentiam allegat) ad faciendum ipsum Comparere Coram potestate uel vicario dictj Castri secundum distantiam loci. Et si non Comparuerit in dicto Termino Tunc procedatur in causa ad ulteriora secundum dispositionem Iuris et statutorum dicti Castri. Et dicta absentia semel allegata non possit ulterius allegari super uno eodemq. iudicio et si allegaretur admitti non debeat quoque modo

De hiis qui excipiuntur a penis R. 43

De offensionibus et delictis quibuscumque commissis et committendis inter patrem inter virum et uxorem inter fratres et alios descendentes seu collaterales usque in tertium gradum inclusive inter affines in primo genere affinitatis usque in secundum gradum inclusive. Et inter minores duodecim annorum vel aliquos in eadem domo et familia morantes potestas nec vicarius dicti castri vel ipsorum alter vel alius officialis cognoscere nec procedere condemnare seu punire possint, sed predicte offensiones sint omnino et totaliter impunes inter personas predictas nisi forte accederet voluntaria accusatio per patrem ipsius offensi vel per ipsum offensum. quo casu procedere possit inter personas predictas super maleficiis commissis in ipsis accusationibus deductis pena mitior poni possit arbitrio potestatis et vicarii considerata qualitate personarum et delicti. Et predicta non intelligantur in maleficiis et excessibus infrascriptis sed solum in commissis inter personas prefatas super quibus et de quibus dictus dominus potestas et vicarius et uterque ipsorum per inquisitionem denuntiationem et accusationem possint procedere condemnare et punire et ipsis malefactoribus penam imponere mitiorem arbitrio suo inspecta qualitate facti et conditione personarum dummodo non excedant penam de ipso maleficio in statutis contentam: Pro membro autem amputato seu debilitato percussione facta cum sanguinis effusione cum cultello, spada, mazza ferrea et aliis armorum generibus ex eorum officio procedere possint etiam inter predictos. Et si aliquam offensam per patrem filio vel filie nepoti vel nepti seu alii descendenti ex eo. non possit potestas vel vicarius seu alter ipsorum contra patrem procedere, per accusationem vel alio modo nisi ex percussione seu percussionibus per ipsum factis sequeretur mors seu membri abscisio vel debilitatio. in aliis vero dominus potestas et vicarius dicti castri possint imponere mitiorem penam suo et consiliariorum arbitrio habita semper consideratione conditionis personarum et qualitatis delicti

De abolitione concedenda R^ca 44

Quia primi motus non sunt in potestate hominum et sepenumero homines per iracundiam ad accusationem prosiliunt hac presenti lege sanci-mus quod quilibet accusator possit infra terminum primum dierum a die facte accusationis computandorum petere abolitionem dicte accuse per ipsum facte et potestas et vicarius debeant dictam abolitionem admictere: qua petita accusatio facta pro infecta habeatur et contra accusatum vigore illius culpe de qua accusatus fuerat aliquo modo procedi non possit et si procederetur non valeat ullo iure —

De mitigatione penarum R 45.

Confitenti aliquod maleficium coram potestate seu vicario dicti castri tempore sue excusationis quarta pars pene qua veniret condendandus pro maleficio per ipsum comisso minuatur. Et si pacem habuerit ab offenso pro maleficio pro quo contra ipsum procederetur et eam per testes vel publicum instrumentum quandocumque ante latam sententiam coram potestate vel vicario produxerit vel probaverit dimidium residui dicte pene minuatur: Et si ipsam condemnationem intra decem dies post latam sententiam camerario dicti castri solverit alia quarta pars residui predicti dicti diminuatur

De augumentatione penarum R 46.

Omnium et singulorum maleficiorum pene et banna que veniunt imponende vigore alicuius capituli presentium statutorum alicui vel aliquibus

ob aliquod maleficium vel malefacti comissum seu comissa noctis tempore
vel coram curia ipsius castri in Arenga vel ecclesia vel ubi esset
numerus decem virorum vel in personam potestatis vicarij consiliariorum
vel aliorum officialium dicti comunis duplicentur. Si quis autem con-
demnationem contra eum latam pro aliquo maleficio per eum comisso
non solverit infra decem dies post latam sententiam in quarto pluri
condemnetur et pro condemnato habeatur. Et pena semel duplicata
amplius duplicari non possit.

De pena blasfemantium R 47

Blasfemans deum omnipotentem beatamque Virginem eius matrem
in pena quinque librarum den. condemnetur. Si autem aliquem sanctum
vel sanctam in pena duarum librarum mulctetur. Si quis autem
Juraverit per corpus sanguinem vel aliquod aliud membrum dei
vel beate virginis Marie libra una den. puniatur. Si quis autem
per aliquod membrum sanctorum vel sanctarum in medietate dicte
pene. Si vero Adontaverit scorticaverit aut despectaverit vel
aliter turpiter nominaverit nomen sanctum dei vel gloriose virgi-
nis penam quinque librarum solvere cogatur. Si vero aliquem sanctum
vel sanctam quovis modo sub nomine blasfemie vel jurando
inhoneste et turpiter nominaverit libram unam den. solvere cogatur.
Si quis vero paradisum vel ecclesiam sanctam dei maledixerit
seu blasfemaverit in pena quinque librarum condemnetur que pene de
facto sine aliqua gratia exigantur.

De uerbis iniuriosis Rª 48

Si quis dixerit contra aliquem aliquod uerbum iniuriosum videlicet fur latro proditor cornutus meretrix adulter uel similia si ille contra quem tale uerbum prolatum fuerit ad iniuriam reuocauerit pena uiginti solidorum denariorum puniatur pro quolibet uerbo et qualibet uice. Si autem mortem uiolentam seu culpam alicui suam uel suorum usque in tertium gradum exprobauerit pena duarum librarum denariorum condemnetur. Pro quocumque alio uerbo leuiori et ad iniuriam reuocato penam decem solidorum pena imponatur. Si quis uero aliquem smentiuerit dicendo menti per la gola uel similia penam duarum librarum denariorum soluere cogatur.

De pena facientis insultum R 49.

Insultans aliquem cum armis siquidem ad domum uel possessionem propriam uel conductam pena uiginti librarum denariorum condemnetur si sine armis in medietate dicte pene. Si uero alibi cum armis penam decem librarum soluere cogatur si uero sine armis in medietate dicte pene mulctetur. Et si dictus insultus fieret contra plures simul stantes pro uno insultu habeatur ac si fieret contra unum solum. Et si in dicto insultu aliquod maleficium committeretur super maiori maleficio procedatur et maior pena exigatur et dictus insultus confundatur.

De pena facientis conuenticulam R 50

Si quis cum aliquo differentiam controuersiam seu contentionem haberet unde odium inter eos nasceretur, ne occasio excessibus et erroribus prebeatur, neuter eorum inter quos differentia manifeste uigeret audeat uel presumat alicubi ultra numerum decem hominum congregare in dicto castro uel eius territorio

vel alibi extra dictum territorium principalis illius familie cuius causa talis congregatio facta fuerit pena quinquaginta librarum denariorum puniatur. Alij vero ad dictam congregationem convenientes in medietate dicte pene condemnentur. Dummodo in dicta congregatione vel post ipsam congregationem per aliquem dictorum hominum sic congregatorum delictum aliquem comitteretur alias ad dictam penam minime teneantur: Si autem aliquis de dicto castro intra vel extra dictum castrum et eius territorium cohadunaret ultra numerum decem hominum pro defensione sui vel suorum aut suarum rerum vel iurium ad penam aliquam non teneantur dummodo non appareat talem congregationem factam fuisse causa insultandi vel offendendi aliquem quo casu dictam conventionem facientes pena superius declarata puniantur.

Quod cuilibet liceat se defendere. Rubrica 51

Liceat cuilibet tam se quam alium offendentem seu offendere volentem resistere ne offensio fiat: et si ita resistendo offendens seu offendere volens aliquam percussionem seu offensionem in se reciperet. ab eo quem offendere volebat vel ab eo qui resistendi causa se medium interponebat talis offendens nulla pena condemnetur dummodo talis offensio ac resistendi causa vel occasio modum non excedat. Et quilibet offensus possit impune non divertendo ad alios extraneos preter se ipso instanti ulcisci et vindicare: non tamen excedendo modum vindicte. quem si excesserit puniatur tantum de eo quod plus commiserit [illegible] amplius.

De pena percutientis aliquem cum armis R. 52

Percutiens aliquem cum armis uel aliquo genere armorum uel instrumento ligneo ferrato uel lapide a spatulis supra si sanguis exiuerit pena quinquaginta librarum condemnetur. Si uero sanguis non exiuerit in medietate dicte pene. Et si per talem percussionem factam percussus in terram ceciderit percutiens pena uiginti librarum mulctetur: Si uero ex percussione facta in capite coccia capitis fracta fuerit, uel si in facie cum aliquo genere armorum ex quo cicatrix appareat perpetuo remansura percutiens penam centum librarum in utroque casu incurrat: Si uero aliquis alicui nasum incideret uel oculum erueret pena centum quinquaginta librarum puniatur Si uero Auriculam pena centum librarum condemnetur. Si uero in spatulis uel in alia parte corporis percussio facta fuerit cum aliquo genere armorum si cum sanguine penam uigintiquinque librarum si sine sanguine in medietate dicte pene percutiens condemnetur: Si autem ex dicta percussione in terram ceciderit penam decem librarum pro dicto casu percutiens soluere cogatur: Si uero aliquis alicui manum uel pedem amputaret penam centum quinquaginta librarum Et si ambas manus uel ambos pedes amputaret uel ambos oculos erueret penam tricentarum librarum percutiens incurrat: Si uero inciserit alicui aliquem digitum manuum penam quinquaginta librarum pena quinquaginta librarum pro quolibet digito inciso soluere cogatur. Si uero pedum in medietate dicte pene. Et si plures digitos manus uel pedis aliquis alicui amputaret puniatur ea pena quam si manum uel pedem integrum amputasset soluere teneretur: Si uero ex dictis percussionibus debilitaretur uel impediretur aliter quam per amputationem pro quolibet membro impedito percutiens penam quinquaginta librarum incurrat pro quolibet autem digito impedito penam decem librarum: Si quis autem alicui aliquod os surumperet uel frangeret penam uiginti quinque librarum soluere cogatur Si uero aliquis aliquem percusserit ita quod pro dictis percussionibus aliquem dentem perderet pro quolibet dente pena decem librarum condemnetur Si uero linguam alicui amputaret ita quod ulterius loqui non posset pena trecentarum librarum si uero propterea balbutiens caderet

Medietatem dicte pene incurrat: Si quis aut non studiose sed casualiter aliquod dictorum maleficiorum commiserit in quolibet casu quinta parte penarum supradictarum respective puniatur

De pena percutientis aliquem manu vacua R. 53

Si quis percusserit aliquem manu vacua a spatulis supra et sanguis exiverit in vigintiquinque libr. den. condemnetur et si sanguis non exiverit in medietate dicte pene: Si vero cum sanguine a spatulis infra pena decem librarum si sine sanguine in medietate dicte pene puniatur. Si quis autem aliquem per nasum iniuriose ceperit pena viginti librarum incurrat: si vero per capillos in medietate dicte pene. Si vero ita per capillos captum in terram proiecerit pena quindecim librarum den. puniatur. Et si per terram traxerit seu strascinaverit penam vigintiquinque librarum solvere cogatur: Si vero aliquis aliquem per personam ceperit vel impinxerit incidat in penam viginti quinque solidorum. Et si ex dicta causa in terram caderet in tribus libr. condemnetur: Si vero ob dictam proiectionem ex capite cadentis sanguis exiverit et coccia capitis frangeretur quinquaginta librarum pena condemnetur. Si vero coccia non frangeretur et sanguis exiverit in medietate dicte pene: Si vero in dicto casu ex naso vel alia parte corporis sanguis exiverit videlicet a spatulis infra penam decem librarum percutiens solvere cogatur: Et si quis alicui dentes fregerit vel cadere fecerit vigintiquinque librarum den. pena condemnetur. Quicumque autem aliquem calce vel pede percusserit cum sanguine vel sine faciendo eum cadere vel non cum coccie capitis ossium fractura vel sine percutiens ita puniatur ac si manu percussisset

Percussio cum calce

De pena euaginantis arma uel adminantis cum eis R[ubri]ca 54

Si quis pugionem spadam seu stoccum uel cultellum contra aliquem euaginauerit et cum eo iniuriose adminauerit penam quinque librarum incurrat. Si uero euaginauerit et non adminauerit immedietate dicte pene puniatur. Si aut[em] lanciauerit aliquod genus armorum seu lapidem contra aliquem pena decem librarum qualibet vice puniatur

De pena proicientium lapides

De pena adminantis manu uacua uel pede R[ubri]ca 55

Si quis manu uacua uel pede contra aliquem iniuriose adminauerit sed non percusserit penam uiginti solidorum soluere cogatur.

De pena receptantis exbanditum R[ubri]ca 56

Receptans aliquem exbanditum seu Rebellem S.R.E. uel Mag[nifi]ci comunis Spolet[i] scienter uel auxilium consilium fauorem cibum uel potum prestans puniatur pena quinque librarum pro qualibet vice. Si sciat illum quem recipit uel cui predicta dederit esse exbanditum: et intelligatur sciri esse exbanditum si in comuni dicti Castri per litteras rectoris prouincie uel iudicis uel comunis Spoleti notificatum fuerit: aut si in dicto Castro per publicam uocem et famam sciatur eum qui recipitur esse exbanditum

De pena non currentis ad rumorem R[ubri]ca 57

Cuilibet liceat pro quolibet malefitio homicidio furto preda percussioni sanguinolenta et quocumque simili malefitio seu cum clamatum fuerit alla strada accorrere pulsare campanam dicti castri ad arma et tumultum facere et exclamare ita quod homines et persone dicti castri materiam habeant prosequendi malefactorem eum capere et detinere sine pena et quicumque audiens talia non exiuerit et malefactorem prosequutus non fuerit cum armis uel sine puniatur pena quinque solidorum denariorum

De pena turbantis possessionem alienam R.ca 58

Invadens vel occupans possessionem vel tenutam alicuius sine licentia possessoris vel curie pena quinque librarum den. puniatur. Et nisi inde admonito potestatis vel vicarij illam statim non dimiserit seu relaxet ac infra terminum per ipsos statuen. restituat dicta pena duplicetur.

De pena occupantis de bonis cois R.ca 59.

Si quis de dicto castro vel aliunde caperet sive teneret aliquid de bonis seu terris comunis dicti castri Risellij seu collis Sancti Angeli sine licentia generalis Arenghi comunis et hominum dicti castri seu massariorum collis S.ti Angeli puniatur pena decem librarum den. Et quicquid de dictis bonis seu terris ceperit vel tenuerit statim relaxare debeat sub dicta pena.

De pena vendentis forensibus R.ca 60.

Nulla persona de dicto castro vel aliunde habens terram domum casalenum vel aliud stabile in dicto castro vel eius territorio et districtu audeat vel presumat vendere, donare seu alienare vel aliquo alio modo seu titulo dominium transferre alicuius rei stabilis in aliquem forensem non solventem collam in comuni dicti castri ad penam centum librarum den. ad quam penam teneantur tam vendentes et dominium transferentes quam ementes et dominium accipien. Et dicta venditio donatio dominij translatio et acceptio sit nulla nulliusque valoris, roboris vel effectus, auctoritate presentis statuti et quod procedi possit omni tempore statuto aliquo in contrarium faciente non obstante. liceat tamen cum licentia sollemniter obtenta a comuni dicti castri et consensu scyndici comunis ad hoc electi sequuta vendere etiam forensibus Et nihilominus vendentes sine dicta licentia teneantur et debeant semper omni tempore solvere collas seu datias imponendas per comune dicti castri pro extimatione et libra dicte rei vendite.

De pena facientis falsum instrum R 61

Conficiens falsum instrumentum uel aliud falsum comictens aut falsum testimonium perhibens uel dicens aut falsum instrumentum seu testem in Judicio producens uel aliquo modo illo utens penam centum librar incurrat et damnu emendet passoni

De pena deierantis R 62

Deierans uel peierans aut mendacium cum iuramento affirmans quomodocumq et qualitercumq sub quocumq uelamine uel colore pena quque librarum den pro qualibet uice qua deierauerit sine aliqua gratia puniatur

De pena extrahentis Terminos R 63.

Exterminans uel Terminos extrahens de aliqua possessione sine licentia curie uel domini possessionis seu consortis Terminorum puniatur pena pro qualibet Termino et qualibet uice et persona contrafaciente pena quinq librar den et ipsos Terminos ibidem remittere et reponere Teneatur iussu et man[to] potatis uel vicarij ad penam predictam. Et eadem pena puniatur qui propria auct sine licentia Consortis uel Iudicis decreto uel mandato aliquem Terminum seu Terminos in aliqua possessione in preiudicium consortis seu vicini figeret uel poneret et dictos Terminos statim remouere debeat man[to] potatis uel vicarij sub dca pena

De pena vendentis rem duob R 64

Si quis sui honoris immemor aliquam rem duabus diuersis personis uenderet uel alio modo dominium transferret pena dupli pretij conuenti condemnetur et damnum emendet patienti. Nihilominus prima uenditio ualeat que per instrumentum seu testes legitimos probari possit

De pena petentis plus debito vel debitum iam solutum R 65

Petens in iudicio ab aliquo plus debito vel debitum iam solutum pena dupli quantitatis petite puniatur dummodo non habeat iustam causam ignorantie

Quomodo procedatur de similibus ad similia R 66

De quolibet maleficio vel delicto de quo non fieret mentio in presenti statuto procedi possit de similibus ad similia per potestatem vel vicarium vel utrumque ipsorum et penam imponi et impositam exigi. Et si simile non reperiretur in dictis statutis tunc procedatur ad punitionem et condemnationem iuxta ordinem et declarationem fiendam per vicarium et massarios dicti castri seu maiorem partem ipsorum in quinque dies post requisitionem potestatis et si aliter fieret non valeat ipso iure.

Quomodo ferantur sententie in criminalibus R 67

Sententie condemnatorie et absolutorie in criminalibus causis dari et ferri debeant cum consilio sapientis. Et antequam die sententie ferantur elapso termino decem dierum superius assignato citetur ille contra quem sententia ferri debet si vult suspectare consilium sapientis quod si voluerit deponere debeat salarium pro consultore seu sapiente et si non comparuerit vel salarium non deposuerit tunc dominus potestas vel vicarius dicti castri procedere possint ad condemnationem seu absolutionem sine consilio sapientis et prout eis videbitur esse iustum: omnes autem sententie condemnatorie vel absolutorie ferantur presentibus consiliariis dicti comunis vel maiore parte ipsorum

qui si absentes citari debeant per baiulum dicti comunis pro certa die et hora ad predicta audiendum et si non comparuerint tunc Potestas uel vicarius possint dictas sententias ferre: Si uero modo quo supra comissum fuerit tunc sententie ferantur iuxta tenorem dicti consilij et scribi et legi debeant per notarium dicti communis et si aliter ferentur non valeant ullo iure

Capre

In Dei nomine amen Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo quarto indictione septima tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Nostri Domini Clementis diuina prouidentia pape octaui die uero uigesima tertia Mensis Martij eiusdem anni

Congregato consilio comunis hominum et universitatis Castri Cielli districtus Magnifice Ciuitatis Spoleti in sufficienti et ualido numero in loco solito coadunati ... et de consensu ... iuxta via publica bona heredum ... felicis angeli ... et alia latera ... cesaris ... et benedicti ... comunis et curie dicti Castri per ... consiliarios ... eiusdem heri pro hac die et hora prout retulerunt in quo quidem consilio et congregatione interuenerant due partes maiores et tribus et ultra hominum dicti Castri ad unum hominem pro qualibet foculari in dicto consilio et congregatione interuenientes ... commissione et ... viri ... vicarij eiusdem Castri in quo quidem consilio et congregatione ... proposuit et proponendo dixit quod pro beneficio et utilitate pauperum ... universitatis dicti Castri necesse esset ... in dicto Castro habendi ... et ... decem capras pro quolibet foculari in territorio dicti Castri Cielli ... vicarius proposuit et proponendo dixit quod si placet dicte universitati ... et aliquam ... facere ... dictis animalibus ... vicarius ... consulendi et arengandi licentia petit ... meliori modo

Prouidus vir Moritius ... felicis angeli unus ex consiliariis in dicto consilio existens surgens et ad solitum arengandi locum accedens facta prius diuini nominis inuocatione dixit et consuluit pro utilitate pauperum et bono publico dicte universitatis quod dicte decem capelle possint esse et multiplicare usque ad quindecim usque ad festum omnium sanctorum et non ultra et si post festum omnium sanctorum ... maior numerus quindecim caprarum tunc dominus dictarum caprarum incurrat in pena unius ... pro qualibet capra que superauerit dictum numerum quindecim caprarum et pro ... uice et liceat dicto vicario et officiali post festum omnium sanctorum numerare dictas bestias si superauerint dictum numerum eadem pena ... omni meliori modo

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] alios consiliarios in dicto Consilio exis-
tens surgens et ad solitum arengand(um) locum accedens [illegible] prius decorati
nemini in contrarium dixit et consuluit consulendo predicta [illegible] fore et
esse confirmanda prout esse confirmavit addens tamen quod sindicus
et universitas dicti Castri debeat [illegible] dictarum Caprarum notificare servicium
prout in statutis continetur. Et [illegible] ad universitatem [illegible] [illegible]
inpectiones et accusas ubi decesit Contra pastores et custodes dictarum Caprarum
ad penam [illegible] [illegible] pro qualibet capra dannum dante et qualibet vice etiam
deliberatum [illegible] et obtentum fuit [illegible] voce et nemine discrepante sollem-
niori modo.

Acta ut supra presentibus Augustino Leonardi et Jeronimo [illegible]
ambobus de dicto Castro Cielli testibus.

Et quia ego Pompeius rubeus de Ciello Civis [illegible] et pub(licus) apostolica
auctoritate not(arius) et iudex ordinarius [illegible] [illegible] et omnibus
aliis [illegible] interfui et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] scripsi et
publicavi et in hanc publicam formam redegi [illegible] [illegible] et
[illegible] signum meum [illegible] [illegible].

Signum mei Pompei not(arii) predicti

[illegible] [illegible] [illegible]

25v

Priores populi
Civitatis // Spoleti

Visis reformationibus concordiae [illegible] nobis exhibitis [illegible] conformamur [illegible]

ac iura Civitatis Spoleti [illegible]

D. Eduardo [illegible] approbatas [illegible]

que [illegible] confirmamus et approbamus [illegible]

[illegible] in quorum fidem [illegible] Spoleti [illegible]

populari palatio die 27 octobris 1594

Alex. [illegible] Canc.

De festiuitatibus custodiendis

Dies omnes dominicos: diem Natiuitatis domini sancti Stephani sancti Joannis Euangeliste et omnium apostolorum: diem Resurrectionis dni nri yhu christi cum duobus sequentibus / diem penthecostes cum duobus sequentibus diem festiuitatis corporis christi: festiuitates Beate virginis Marie et conceptionis Natiuitatis purificationis / Annunciationis Et Assumptionis dies festos omnium Sanctorum patrie / omnes dies veneris de mense Martij / diem ueneris sancti ad memoriam passionis dni nri yhu christi: Et omnes dies festos omnium Sanctorum et Sanctarum qui ab ecclesia custodiri iubentur diem sabbati vz ab hora uesperorum usque ad diem lune subsequentem Vnusquisque in dicto castro et eius Territorio tam Terrigena quam forensis obseruare debeat nec hijs diebus aliquod exercitium seu fabrile opus domi uel foris exercere debeat sub pena quinque solidorum: Liceat tamen cum licentia vicarij In diebus festis patrie necessaria facere: ac et quilibet Impune possit metere herbas et illas reportare pro pabulis bestiarum legere poma crocum et ceteros fructus dummodo sub spetie comedendi et non in magna quantitate et ad alterum usum: Frumenta etiam et legumina In areis Triturata uentilare Congregare / coadunare / colligere et domum portare: precipue imminente Tempestate Liceat etiam Molendinariis et Valcherariis in diebus predictis vrgente necessitate eorum exercitium Impune exercere

De Pena vindemiantis ante deliberationem cõis

Vindemians in Territorio dicti castri antequam fuerit deliberatum per generalem Arengam aut maiorem partem hominum dicti castri puniatur pena decem librarum camere aplice domani dicti castri potestati et officiali ementi equis portionibus applicandam: Liceat tamen cum licentia vicarii in casu pergulam vento uel fortuna deiectarum colliger uuas in dictis pergulis existentibus absque aliqua pena quam licentiam et ... dicto casu dare et concedere possit / uolumus aut quod si quis uoluerit vindemiare clausus quindecim diebus mensis septembris cum licentia vicarii ... pena ... dicta licentia ... decem

De pena ingomorantis Cappellam s[an]c[t]i barnabe · R[ubrica] 70

Quicumque de dicto castro uel aliunde occuparet seu ingomoraret Cappellam siue ymaginem Sancti barnabe in loco ponitis Caselli fronde [illegible] Ca[ppel]lino seu alia quacumque re uel materia ultra unum diem puniatur pena quinque librarum den[ariorum] pro quolibet & qualibet vice qua fuerit accusatus per Custodes seu officialem damnorum datorum

De pena non euntis in militiam · R[ubrica] 71

Si quis de dicto Castro non iuerit in militiam seu in castra uel ubicumque opus fuerit pro necessariis rebus dicti comunis quotiescumque sibi a potestate uel vicario dicti comunis mandatum fuerit, puniatur pena uiginti solidorum pro quolibet die quo steterit in mora: Et si comune dicti Castri per eius inobedientiam dampnum aliquod pateretur, Talis inobediens omne dampnum passum per dictum comune suis sumptibus Reficere Teneatur

De pena occupantis uias publicas R[ubrica] 72

Si quis vias publicas aliquo modo occuparet uel impediret aut eas sine licentia generalis Arenghe dicti Castri mutaret puniatur pena decem librarum den[ariorum]: Et Tamen debeat dictas uias expedire et relaxare et in pristinum locum restituere ad iudicium viariorum sub pena quinque solidorum pro quolibet die quo steterit in mora post mandatum sibi factum per dictos viarios: Si quis autem in eas lapides proiceret et uel per ipsas vias aquarum Cursus direxerit aut miserit pena decem librarum puniatur et Tamen dicta impedimenta remouere debeat ad Iudicium predictorum uiariorum sub dicta pena: Laboratores uero possessionum viis adiacentium per Totum Territorium dicti Castri Teneantur et debeant ipsas vias aptare mandato uiariorum seu baiuli dicti Castri ex eorum commissione sub pena quinque solidorum pro qualibet mandato [illegible] in quolibet mense sibi facto

In locis [illegible]

[illegible] locis [illegible] [illegible] et non [illegible] inferior consors [illegible] [illegible] ipsam viam su-
perior [illegible] consors Teneatur explanare ipsam viam et de ea removere omnia impe-
dimenta que de superiori possessione devenerint sub dicta pena. Et si [illegible] consors
dictam viam explanare noluerit postquam semel sibi mandatum fuerit Tunc vicarius
et [illegible] possint precipere sub pena eadem consorti inferiori quatenus dictam viam
explanet et [illegible] terram [illegible] possessionem inferiorem

De Pena [illegible] Aquam de naturali cursu [illegible]

Nemo in Territorio dicti castri cursum aliquem aquarum seu aquam aliquam de suo
naturali cursu derivare seu deducere sub pena decem librarum [illegible]
ne alicuius edificii fabricandi vel alia qua vis causa sine licentia generalis
[illegible] dicti Castri

[illegible] Infrascripti formae [illegible] quolibet anno purgentur

Omnes Consortes infrascriptarum [illegible] seu [illegible] [illegible] Formae [illegible]
Campi [illegible] pocollis formae [illegible] Territorii Teneantur et debeant eas [illegible]
viariorum dicti Castri purgare mundare et manutenere ad [illegible]
sub pena quinque solidorum pro quolibet [illegible] sibi [illegible] [illegible]
viarii Teneantur vinculo iuramenti saltem semel in quolibet [illegible] dictas
Formas [illegible] an sint [illegible] vel [illegible] et [illegible] [illegible]

De pena [illegible]

Quicumque de dicto Castro vel aliunde in [illegible]
[illegible] Carnes [illegible] habitantium [illegible]
[illegible] publicas [illegible] [illegible] solidorum
[illegible] [illegible] Carnes [illegible] [illegible] pene

De pena opponentis se bay^o Ca^o 76

Opponens se baiulo eiusdem ex comissione Potestatis vicarij vel arrenocinatorum aut
alicuius officialis et non permittens se pignorari seu pignus dicto bayulo eruere
vel aliquo modo ipsum impediens pena decem solidorum pro qualibet
vice puniatur / dummodo causa legitima pignorandi precedat

De mensuris et ponderibus sigillandis Ca^a 77

Molendinarij dicti Castri tenere et habere debeant coppulum et alias mensuras
quibus in molendinis utuntur sigillatas sigillo comunis Spoleti: vendentes autem
vinum aut oleum ad minutum debeant tenere petittum / medium et fogliettam
ut supra sigillatas. Vendentes etiam carnes caseum iuminam et alias res
que ad pondus vendi solent habere debeant staderias seu bilancias et pondera
iustas et sigillatas supradicto sigillo sub pena quinque solidorum pro qualibet vice
quibus mensuris et ponderibus sufficiat unica sigillatio facta per sigillatorem
Spoleti

De Camporia fienda Ca^a 78

Vicarius et socij consiliarij teneantur et debeant pena quinque librarum denariorum suo
tempore eligere unum hominem de dicto comuni et eidem iubere quod faciat
camporiam et habeat vinum ad vendendum et lectum ac etiam alia ad hospi-
tium necessaria: ut cum acciderit possit advenas recolligere et hospitari
et ipsi vicarius et socij debeant dicto Campori seu Tabernario electo vini
ponere hoc precium considerato [illegible] electus et confirmatus [illegible]
campone debeat tenere et habere vinum venale et illud [illegible]
precio [illegible] vendere et cum mensuris iustis et sigillatis ut supradictum

capitulo expressum est sub pena quinque solidorum pro qualibet vice qua contrafecerit. Si quis autem in dicto castro vel eius territorio vinum venderet ad minutum sine licentia camponis electi seu coptimalis dicti campone puniatur pena quinque solidorum pro qualibet vice et mensura vini venditi.

De Macellariis 79

Quicumque in territorio dicti castri carnes venderet ad minutum debeat vendere cum ponderibus iustis sigillatis et dare integrum pondus pro pretio quo venduntur in Civitate Spoleti minus duobus denariis pro qualibet libra, videlicet de carnibus castratinis sive agninis seu vitulorum lactantium. Carnes vero iuvencas bovinas vendere debeat eo pretio quo per vicarium et massarios constituetur. Carnes vero hyrcinas et caprinas vendi eo modo quo venduntur in Civitate Spoleti minus duobus denariis pro qualibet libra.

De pena forensium vendentium carnes sine licentia potestatis Et vendentium carnes aliunde portatas. 80

Nemo in dicto castro vel eius territorio vendere possit aliquod genus carnium mortuorum ullo modo aliunde allatarum nisi prius dicta caro mortua aliunde allata posita fuerit per vicarium dicti castri vel per alium per ipsum vicarium ad hoc faciendum specialiter constitutum sub pena decem librarum denariorum pro quolibet contravenienti et qualibet vice.

28v De arboribus pendentibus super poss. alien. R 81

Quilibet habens Arborem supra possessionem alienam pendentem ad Petitionem Domini dicte possessionis super quã arbor pendet: Teneatur ita eam tenere ut a Terra possessionis aliene Altitudine quinque pedum pertice distet si fuerit Arbor Domestica: Si vero non fuerit Domestica distet a Terra possessionis aliene Decem pedibus pertice. Si quis autem Arborem haberet super viam publicam pendentem Debeat illam Arbitrio viariorum removere Quicunque autem in predictis contrafecerit pro quolibet mandato sibi a viariis facto et qualibet requisitione dñi possessionis supra quam pendet Arbor puniatur pena quinque solidorum.

De modo plantandi prope senaitas R 82

